

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 2875

**Auteur(s) :** Geoffroy [prêtre]

**Bénéficiaire(s) :** Robert de Torigni, Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbé)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1159

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Notice sur la concession de l'église de Mesnil-Drey faite par Geoffroy, prêtre de Mesnil-Drey, lorsqu'il a pris l'habit.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Chronique de Robert de Torigni, abbé du Mont-Saint-Michel : suivie de divers opuscules historiques de cet auteur et de plusieurs religieux de la même abbaye*, le tout publié d'après les manuscrits originaux, Rouen, Le Brument, 1872-1873, 2 vol., t. 2, « Lettres, chartes et pièces diverses de l'administration de Robert de Torigni », n° I-49, p. 259-260.

## Dissertation critique

Datation est donnée d'après l'acte n° 43 de l'édition de Delisle (vol. 2, p. 256-257).

Texte établi d'après a

Eodem anno, Gaufridus sacerdos de Mainil Drononis et Geslinus diaconus, nepos ejus, requirentes monachatum in monasterium beati Michaelis, obtulerunt ecclesiam de Mainil Drononis, quam habebant in elemosinam, et que erat in patrimonio eorum, Rotberto abbatii. Predictus autem abbas, illam nolens nisi honeste et secundum ordinem suspicere, perrexit Constancias, cum clericis illis, et indicavit Ricardo episcopo quomodo requererent monachatum et de dono ecclesie. Ille autem respondit quod Radulfus de Musca, dominus illius ville, presentacionem presbiteri in illa ecclesia clamabat, unde episcopus jussit eum venire Constancias, in crastino Nativitatis Beate Marie, ad ostendendum quid in illa ecclesia clamaret. Ante predictum vero diem, Osmundus filius Ricardi Vasce et heres, cum Radulfus de Musca retineret duas garbas decime duarum partium ville, nam ille habebat duas partes ville illius, predictus vero Osmundus terciam, et in illa tercia erat ecclesia, hic inquam Osmundus, in curia regis, apud Warreium, disrerationavit sacramento legalium hominum presentationem presbiteri et duas garbas, sicut antecessores sui semper habuerant. Veniente autem die constituta, Rotberto abbatte Constancias et clericis predictis presentibus, et Osmundo advocate et domino illius ecclesie, nepote Gaufridi et fratre Geslini clericorum, cum Radulfus de Musca nec veniret, nec legatum nec exonnum pro se mitteret, clerici predicti ecclesiam in manu episcopi reddiderunt. Et ipse Osmundus presentationem presbiteri, et quicquid juris in illa ecclesia habebat in manu episcopi similiter misit, et episcopus inde Rotbertum abbatem Montis integre et personaliter saisivit, et pro hac concessione suscepit idem abbas ad monachatum Geslinum, fratrem Osmundi, et Gaufredum, patruum ejus. Testes : Ricardus episcopus, Ricardus, Philipus, Johannes, Guillelmus, archidiaconi Constancienses, Ansgotus decanus, Petrus de

Sancta Susanna, Guillelmus de Sancto Pancracio, Rotbertus de Bosco. Exinde fecit Richardus episcopus Rotberto abbati et conventui Sancti Michaelis cartam sigillatam.